

tionibus fratrum ordinis praedicatorum in monasterio sancti Nicolai famulantium liberaliter contulit, petens a nobis diligentia cum exacta, quod dictae donationi consensum benevolum adhibere dignaremur. Cuius precibus rationabilibus propter deum et favorem pluries nobis et ecclesiae nostrae exhibitum inclinati dictae donationi iuris patronatus seu praesentationis consensum adhibuimus et praesentibus adhibemus, omnibus iuribus parochialibus ab antiquo in ipsa parochia habitis nobis et capitulo Misnensi seu ecclesiae nostrae simpliciter et integraliter reservatis. In cuius rei testimonium praesens scriptum dedimus sigilli nostri munimine communitum. Actum et datum Misnae anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXII<sup>o</sup>. in crastino Philippi.

Nach einer Abschrift in Mann analecta hist. Anhalt. Vol. I. p. 268 im herzogl. Archiv zu Bernburg.

No. 306. 1292. 27. Aug.

*K. Adolf genehmigt und bestätigt den vom B. Withego bewirkten Kauf der Stadt Pirna. Vgl. No. 301.*

Adolfus dei gratia Romanorum rex semper augustus universis Romani imperii fidelibus, ad quos praesentes pervenerint, gratiam suam et omne bonum. Digna consideratio nos inducit, ut petitiones illorum, quos grata devotio et exhibiti gratitudo servitii nostro iugiter culmini repraesentant acceptos, effectum debito compleamus, ut quae postulant assequantur et nostris se praebeant obsequiis<sup>1)</sup> promptiores. Sane cum venerabilis Withego<sup>2)</sup> Misnensis episcopus, princeps noster karissimus, pro se et ecclesia sua Misnensi castrum et opidum Pyrne cum eorum attinentiis universis, quocumque nomine censeantur, neenon duas partes thelonei in opido praedicto, quae inquam castrum et opidum cum eorum pertinentiis<sup>3)</sup> illustris quondam Fridericus Misnensis marchio et progenitores sui ab ecclesia Misnensi habebant in feodo et tenebant, et quae ipse Fridericus<sup>4)</sup> in ultima sua voluntate constitutus sanus mente per manufideles suos vendi constituit et mandavit ad exolvendum debita sua, in quibus tam in Romana curia quam alibi fuerat obligatus, a dicti Friderici<sup>5)</sup> manufidelibus ad hoc deputatis<sup>6)</sup> iusto emptionis et venditionis titulo legitime comparavit pro tribus milibus marcarum argenti Fribergensis, prout ad aures nostri culminis est perductum<sup>7)</sup>. Nos ipsius Withegonis<sup>8)</sup> precibus pro se et sua ecclesia nobis fuis favorabiliter inclinati, venditionem et emptionem praedictas, sicut rationabiliter factae sunt<sup>9)</sup>, ratas habentes et firmas ipsas<sup>10)</sup> tenore praesentium confirmamus, approbamus et praesentis scripti<sup>11)</sup> patrocinio communitum. Nulli ergo hominum liceat hanc nostrae ratificationis, approbationis et confirmationis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, nostrae regiae maiestatis offensam se noverit graviter incurrisse. Datum Coloniae VI<sup>o</sup>.<sup>12)</sup> Kalendas Septembris anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, indictione quinta, regni nostri anno primo.

Nach zwei Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv in Dresden; das schadhaft gewordene Siegel hängt bei A an gelben, bei B an rothen seidenen Fäden.

1) nostro se praebeant obsequio B. 2) Wytigo B. 3) attinentiis B. 4) et progenitores sui — ipse Fridericus fehlt B. 5) a praefati Friderici marchionis B. 6) specialiter deputatis B. 7) Folgt in B: *Supplicavit nobis praefatus Withego episcopus pro se et ecclesia sua Misnensi, ut venditionem et emptionem huiusmodi confirmare et ratificare de regiae celsitudinis nostrae gratia dignaremur.* 8) Wytigonis principis nostri B. 9) sicut — factae sunt fehlt B. 10) ipsas ex certa scientia B. 11) scripto A. 12) sexto B.